

3644 cippus magnus marmoreus. Rep. anno 1842 prope Tibur alla distanza di circa cinquanta passi dal sepolcro dei Plauzj alla sinistra dell' Aniene, e precisamente nel fondo di Giovanni Pacifici VIOLA. Nunc Tibure in curia.

† · IVLIVS · AVG · L · SAMPSONIVS
PRÓC
ACCÉNSVS · DÍVÍ · CLAVDÍ · ET
NERÓNIS · AVGVSTI
5 PATRONÓRVM

Descripti. St. Viola decennio p. 158 (inde bull. dell' Inst. 1849 p. 94; Henzen syll. n. 6341).

3645/6 Tibure rep. FICORONI; nunc Romae apud Ficoronium, addit MVR. 745, 3. Romae in sacrario S. Mariae Maioris MVR. 977, 6.

P · SEPTVMIVS · P · F · P · AQVILLIVS FANNIA
COL · SCR · Q GALLVS VXSOR
DE · SEXS · PRIMIS

Manu Ficoronii missa ad Gorium legitur in cod. Marucell. A 6; item a Ficoronio habuit Mur. 745, 3; praeterea idem Mur. 977, 6 missam a Luca Antonio Gentili. Orelli n. 3756; est huius corporis vol. VI n. 1877 inter urbanas non recte.

1 P ante AQVILLIVS om. Ficoronii, habet Mur. 977, 6.

3648 rep. in fossionibus institutis a Fr. A. Lollio loco dicto Pantanello prope villam Hadriani Tiburtinam CROCCH., similiter VVLP. Tibure in domo Petri Antonii Lollii VENVTI, Tibure apud Lollium REV. LVP.

a. M
CAES · N · VE
P · TOPIARIO
I · LX · MARITI

Crocchante p. 238; Revillas ms. Berol.; Lupi Vat. 9143 f. 24; Ridolfinus Venuti misit Muratorio d. 27 Mai. 1735 (quod exemplum extat Mutinae inter Muratoriana), unde edidit Mur. 921, 4; ab eodem exemplo videtur pendere Revillas sched. Berol. altero loco, ubi laudat Marcellum Venuti; Vulpi Lat. 10 p. 411.

2 fin. VE omnes excepto Revillas, qui corrigens incertos nos fecit, quid voluerit, utrum VII an VI. — 4 in. 1 exhibent Crocch. Lup. Rev. Vulp., om. Rid. Venuti et Revillas, ubi laudat Marcellum Venuti. Fortasse fuit uixit ante LX. — 5 in fine fuitne MARITIMVS F vel similiter?

3649 (Tibure) 'strata iacet marmorea tabella haec in S. Laurentii in colle Mari aedicula' NICOD. Significatur aedicula vulgo dicta tunc S. Lorenzo (cf. Crocchante p. 213), anno 1620 restituta et S. Laurentio et Philippo Neri dedicata. — Addit Nicodemus: 'primo deest coronides, characteres multi exesi, multi excisi'.

... DECANVS SINE F VICTOR CIRCIT SINE FIL
IANVARIVS ALIVS CIRCIT
HABET FILIOS III OVI
NVM ET MARTINVM AD
5 RIVM LAVRENTIVM ET 5 CRESCENTES ET PVELLAM
IVNIANVM ADCRESC
CIRCIT HAB FILIVM
TIBVRTINVS DECANVS HAB MERCVRIVM CIRCITOR
FILIVM ADCRESCENTEM ROMANVS CIRCIT HAB FIL II
IANVARIVS CIRCIT SINE SILVANIONEM ET LEO
10 FILIIS 10 PARDVM ADCRESCENT
RESTVS CIRCIT HAB VRSVS CIRCIT HAB FILIAS II
BENERIOSVS CIRCIT SINE FI
FILIOS IIII SABATIVM LIIS
QVI ET IPSE HAB FIL RESTV VRSVS ALIVS CIRCIT HAB FIL
TVM ET AVGVRIVM AD 15 III LEONTIVM ADCRE
SCENTEM ET PVELLAS II
15 CRESCENTES 15 IANVARIVS CIRCIT SINE FILIIS
SARBAVCINVS CIRCIT FIL REPALVS CIRCIT HAB FIL
CVIVS SVpra SINE FILIIS IIII
MVNTANVS CIRCIT FRATER 20
CVIVS SVpra SINE FILIIS
20 LVCIANVS CIRCIT SINE FILIIS
VM SVCCESVVM ADCRE
SCENTEM

Servavit Nicodemus p. 89 (l. 4 cap. 3). Inde repetivi ann. dell' Inst. arch. 1882 p. 132.

Litteris minusculis dat Nicodemus; idem, sive potius typographus, pro ET dedit ubique &. — a 1 in. lacuna ante DECANVS non traditur. — a 4. 5 IIII ONORIVM, b 3. 4 III OVI|NVM traditur; praeterea correxi menda typographi a 14. 15 AD|CRESCENTEM, b 8 RMANVS, 10 ADCSCENT, c 9

PERTGRINVM, 14 FOMAE. — c 15—17 numeri adrecrementum et puellarum corrupti sunt, numerus autem circitorum (v. 15) videtur interpolatus; cf. ann. dell' Inst. l. c. p. 138.

Circitores, appellati a circumeundo, non unius generis fuerunt; hos circitores fuisse ex genere eorum quos Frontinus de aquis c. 117 recenset inter ministros servilis condicionis tutelae aquaeductuum deputatos apparet ex col. III v. 14, ubi est circitores fo[r]mae suprascriptae (nam formarum vocabulo ea aetate, cuius est hic titulus, significari solitos esse ductus aquarum notum est). Decani (I, 1. 7. III, 3) manifesto principales sunt horum circitorum; de adrecrementibus (notis potissimum ex codice Theodosiano) cf. quae dixi ann. dell' Inst. l. c.; ibidem dixi de puellis. Pertinebant autem hi circitores ut puto non ad aliquam Tiburtinorum propriam formam, sed ad unum ex aquaeductibus qui urbi Romae aquam suppeditabant; et ait Frontinus, ubi diversas species ministrorum qui tutelae aquaeductuum urbis Romae deputati erant enumerat, aliquos ex his 'extra urbem esse oportere ad ea quae maturum auxilium videntur exigere'; ex his circitores potissimum fuisse consentaneum est. Quantam curam autem magistratus urbani rivis aquarum extra urbem etiam aetate labente adhibuerint, testes sunt tituli ultra Tibur prope rivos aquae Marciae imperante Honorio a senatu populoque Romano statuti (editi a Mommseno huius Corp. vol. IX n. 4051).

3647 tabula marmorea. Rep. a. 1738 in Tiburtino praedio Paulli Columnae VVLP. Extat Tibure in aedibus olim Sabbi-Colonna, nunc Serbucci.

VALERIAE ·
DONATAE · VXORI
CARISSIMAE · FECIT
TI · CLAVDIVS
5 AVG · LIB ·
LYSIMACHVS · VIATOR ·
SODALIVM · AVGVSTALIVM
ET · SIBI · POSTERISQVE · SVIS · ET ·
LIBERTIS · ET · LIBERTABVS ·
10 POSTERISQVE · EORVM

Descripti Mommsen, recognovi ipse. Revillas sched. Berol.; Vulpi Lat. 10 p. 213, cui dedit dominus lapidis; Borghesi opp. 6 p. 132 a Vescovalio; Henzen syll. n. 6104. De visu citat St. Viola giorn. arcad. 118 (1850) p. 260.

XXX. TIBVR (p. 365).

ad p. 372. Mauri Sarti monachi Camaldulensis, cuius apographa inscriptionum Tiburtinarum non noveram nisi per Marinium et Sanclementium (cf. ad n. 3613), schedae autographae extant in bibliotheca Berolinensi (lib. pict. A 61t). Insunt inscriptiones n. 3544. 3557. 3558. 3572. 3596. 3613. 3635. 3686. 3713. 3734. 3793. 4076 pleraeque descriptae a Sarto in aedibus Boschi.

ad n. 3572. Extabat cum vidit Maurus Sarti (cf. supra), 'in vinea Benedicti Boschi ad 4 mil. pass. infra Tibur versus agrum Romanum citra Anienem'.

ad n. 3581. Integram exhibet E. Q. Viscontius cod. Par. 9697 f. 157a: FORTVNAE AVGVSTAE | SEX · AVFIDIANVS · SEX · F · ARN | CELER · PRAEF · FABRVM | IIII VIR AEDILIS · IIII · VIR | IVR · DIC · IIII · QVINQ · QVAESTOR · IIII cet. Abrasum esse versum post primum Viscontius non adnotavit; videturque Amatius in ea re erravisse. Ceterum cum Viscontius exhibeat sine ulla loci indicatione, valde dubitare coepi, num verum sit quod Amatius perhibuit de origine Tiburtina. Tribus Arniensis magis videtur indicare unam ex civitatibus Etruriae suburbanae.

ad n. 3645. Maurus Sarti vidit Romae 'apud Blasii [?] lapidicidam' (una cum urbanis vol. VI, 678. 9010 al.).

ad n. 3664. V. 4 pro EX · EXSEDRAM SCIBE ET · EXSEDRAM.

ad n. 3679. Iidem quattuorviri nominantur in inscriptione recens reperta n. 4256, unde apparet L. Alfenatio cognomen fuisse Prisco.

ad n. 3683. Edidit etiam Aug. v. Kotzebue *Erinnerungen von einer Reise nach Rom* vol. III (1805) p. 94 negligenter descriptam; v. 2 fin. habet ME (pro MI); reliquos eius errores enumerare nil attinet.

ad n. 3692. Consules sunt anni p. C. 143 (non 124).

ad n. 3793. Etiam Maurus Sarti in schedis Berol. v. 4 exhibet SECVRITA sine lacunae nota, item vv. 4—5 AE contignatas, v. 5 fin. SEVI.

4234—4267 anno 1886 et ineunte anno 1887 repertus est inter rudera dicta vulgo villae Maecenatis, effossionibus, institutis a sociis appellatis *delle forze idrauliche*, ingens numerus inscriptionum publice a Tiburtinis positarum (item inscriptionis olim notae n. 4235 fragmentum novum). Edidit eas Gatti in actis Fiorellii *notizie degli scavi* 1887 p. 28—33. Praeterea de eisdem effossionibus egit Borsarius *notizie* l. c. p. 25 seq. — Ea quae supra p. 366 seq. de re publica Tiburtinorum exposui, novis his inscriptionibus repertis confirmantur in universum; novum est collegium aedituorum Herculis memoratum in inscriptione n. 4257.

4234 parvus cippus marmoreus.

M · CAERELLIVS
IAZEMIS · Q · Q ·
PISTORVM · III ·
ET · PERP · ET ·
urceus 5 CODICARIVS · ITEM patera
MERCATOR
FRUMENTARIVS
INVICTO
HERCVLI
10 EX VOTO · D · D ·

Descripsit Gatti. *Notizie degli scavi* 1887 p. 150.

Homo Ostiensis, ut apparet ex honoribus, quos sibi adscribi voluit (alterum M. Caerellium Ostiensem habemus n. 70) Herculi Tiburtino

votum solvit. — 2 Iazemis cognomen oriundum ut videtur ex Syria; Iazemus aliquis est, ut monuit Gattius, huius Corp. vol. VI n. 6476. — 4 vide ne punctum inter PERP et ET sit delendum.

4235

liberalitates · PVL
imp. caes. I · A · I · A · N · I · H · A · D · R · I · A · N · I · A · U · G · U · S · T · I · P · O · N · T · I · F · I · C · I · P · O · N · T · I · F · I · C · I · M · A · X · I · M · P · I · I ·
trib. pot. X · X · C · O · S · III · P · P · I · M · P · II
ergo A · P · R · O · V · I · N · C · I · A · M H · I · S · P · A · N · I · A · M B · A · E · T · I · C · A · M
III · I · D · A · V · G · Q · I · A · Q · U · I · L · I · O · N · I · G · R · O · M · R · E · B · I · L · O · A · P · R · O · N · I · A · N · O · C · O · S · I · N · A · a · 117
III · K · I · A · N · I · I · T · U · L · I · O · L · U · P · E · R · C · O · P · C · A · L · P · U · R · N · I · O · A · T · I · L · I · A · N · O · C · O · S · a · 135

Fragmentum maius a me ipso descriptum qui ediderint vide supra n. 3577. Minus nuper repertum descripsit Gatti ediditque *notizie degli scavi* 1887 p. 32 p.

Agitur, ut dixi ad n. 3577, 'de liberalitatibus ab Hadriano imperatore in provinciam Hispaniam Baeticam, ex qua ipse oriundus, conlatis', verum non solum ab eo anno, sed inde ab eo ipso die quo imperium suscepit — diem enim III iduum Augustarum natalem imperii celebrari voluit Hadrianus (vita c. 4) — usque ad diem IIII vel XIII kalendarum Ianuariarum (d. 29 vel 19 Dec.) anni 135, quo die hic titulus scriptus esse potest; vicesimam enim tribuniciam potestatem Hadrianus iniiit non kalendis Ianuariis anni 136, sed die IIII id. Decembres anni praecedentis (cf. Mommsen *Staatsrecht* 2 p. 777). — 1 fin. praeter supplementum quod sponte se praebet *pub[lice]* vel *pub[licae]* cogitari potest etiam de *pue[r]is puellisque*, ut significetur institutio alimentaria.

4236 fragmentum cippi.

caesar

Descripsit Gatti ediditque *notizie degli scavi* 1887 p. 32 s.

4237 basis marmorea.

M · ACILIO · M · F · GAL ·
GLABRIONI
CN · CORNELIO · SEVERO
COS ·

5 PONTIFICI · III · VIR · A · A · A · F · F ·
VI · VIR · TVRM · EQVIT · ROMAN ·
TRIB · MIL · LEG · XV · APOLLINARIS
SALIO · COLLINO · LEG · PROV ·
CRETAE · CYRENAR · LEG · PROV ·
10 AFRICAE · QVAEST · IMP · CAESAR
T · A · E · L · I · H · A · D · R · I · A · N · I · A · N · T · O · N · I · N · I · A · V · G · P · I · I ·
pr) AETORI · LEG · ASIAE · S · P · Q · TIBVRS
pad) ONO · MVNICIPI Q · Q · DESIGNATO

Recognovit Gatti. Ad ectypum missum a Bulgarinio edita est *Notizie degli scavi* 1886 p. 277. Misit etiam Rossius.

Est consul ordinarius a. 152 cuius plenum nomen et honores hic primum titulus patefecit. Filius sine dubio consulis ordinarii a. 124. Ceterum idem occurrit in inscriptione supra edita n. 2484 cf. add. p. 492.